

LYRICI GRAECI REDIVIVI

I. Σαπφώ. Ἀλκαῖος

A. De carminum nouorum auctoritate

Carmina Sapphica nouissima et κειμήλια Alcaica PAP. Oxyrh. uol. XVIII nr. 2165 saec. II in. (p. 30 ss tab. VI) et nr. 2166 (p. 38 ss), ante duos hos annos edita ab E. Lobel, C. H. Roberts, E. P. Wegener (cum XIII tabulis), plerisque philologis Germanicis aequae ac noua illa Aeschylī (PAP. 2159—2164), Callimachi (PAP. 2167—2173), Hipponactis una cum commentario quodam Hipponacteo (PAP. 2174—2176) fragmenta uberrima hodie incognita essent, nisi nostris belli sociis in antiquitatis studiis felicioribus contigisset, ut monumenta illa grauissima cognoscerent et retractarent. nam ex PAP. 2165 tria uel potius quattuor Alcaei quidem carmina noua publici iuris fecit C. Gallavotti - Neapolitanus in 'Aegyptus' annalium uol. 22 (1942), 107 ss Gall.¹) et postea diligentius meliusque recensuit Riv. di Fil. e d'Istr. class. N. S. a. 20 (1942), 161 ss (Gall.²), qua in editione altera p. 162 ss papyri textus apographon exhibuit accuratissimum simul cum descriptione, quod tabulae phototypae uice fungeretur. homo ille doctus qua est liberalitate, cum utrumque fasciculum mihi dono daret, magnopere me sibi deuinxit.

Vix his subsidiis usus recensionem carminum absolueram, cum Br. Snell-Hamburgensis, Pindari, Bacchylidis tragoediarumque ueterum Graecorum indagator et editor praeclarissimus, certiozem me fecit, se exemplar illius uoluminis Heluetium consulere potuisse, cuius paginas tabulasque ad poetas supra dictos spectantes phototypice, ut dicunt, exprimendas se curauisse. conlega doctissimus pro sua humanitate Alcaei Hipponactisque fragmenta lucis arte depicta inspicienda mihi et describenda tradidit, qua re secunda fortuna euenit, ut archetypi contextus ipse quodam modo et editio princeps ob oculos mihi uersarentur. quas tabulas non sine fructu exhausti, praesertim cum Gall. e PAP. 2165 fragmentis sedis incertae

nullum et e PAP. 2166 fragmentis numerosis tantum ea, quae ad PAP. 2165 carmina l. 2 (24 A B) pertinent, frustula proposuerit, cum e ceteris supplementa Alc. fr. 41. 42 D.² noua strictim solum attigerit (Gall.¹ p. 113 Gall.² p. 161¹).

In PAP. 2166 enim conguessit L(obel) fragmenta plurima, noua, maiora et minora minimaque, quae supplendo sunt Papyros *Sapphicas*, sub *a* 1231 fr. 26 ss D.² (libri primi) et sub *d* 1787 fr. 65 ss (libri quarti), et *Alcaicas*, sub *b* 1233 (fr. 71 ss), sub *c* 1234 (fr. 41 ss) et 1360 (fr. 25 ss), sub *e* 1789 (fr. 118 ss). e fragmentis *c* discimus, PAP. 2165 alterum exemplum esse Papyrorum 1234 (2081) et 1360, quarum e fr. Papyri 1360 frustula 3a et 24, pridem cognita, nunc septem nouis adaucta, concinuerunt cum carminum 24 A et 24 B nonnullis uersibus, quos hic illic leuiter mutilatos ex illis laciniis explere licet. profecto singularis auctoritatis est harum reliquiarum PAP. 2166 *c* fr. 2 p. 39 ss, cuius fr. innotuerunt iam uestigia minima in PAP. 1360 fr. 8 et 29. nouom illud fr. uersuum poetae quidem praeter duas uoces integras litteras non nisi paucissimas exhibet, sed his rudibus, si dicere fas est, scholia adhaerent docta et ampla, e quibus praeter poetae Lesbii sententias uocesque singulas non solum fragmentum sedis incertae enucleari poterat alterumque fr. nouom (u. infra ad fr. 28 A), quin etiam totius carminis Alcaici argumentum, necopinatum sane et austerum.

Aegerrime autem tuli, me singularia illa carmina Alcaica ne in Suppl(emento) quidem A(nthologiae) L(yricae) G(raecae) recipere potuisse, quod initio anni superioris confectum hisce demum mensibus in lucem prolatum est. quin etiam carmen illud Sapphicum nouissimum Hauniense-Mediolaniense, anno paenultimo ab *Achille Vogliano* splendidissime editum — conlegae inlustrissimi munificentiae exemplar debeo —, bifariam diuisum tamquam appendiculam Supplemento adicere debebam (p. 70 ss 39 s), cum studia *Caroli Gallavotti* (Riv. di Fil. class. a. 19 (1941), 161 ss Stud. Ital. di Fil. class. 18 (1942), 161 ss), una cum recensione propria plena et copiosa ad ALG editionem tertiam, ad Kal. Graecas, ut dicunt, differenda essent. idem nunc accideret carminibus Alcaicis et Hipponacteis recentissimis et praesertim iis Sapphus et Alcaei papyris, quas in uol. XIX propediem peruolgaturi sunt editores strenui et sagacissimi, ne dicam de iis thesauris, qui annis sequentibus e museis Britannicis emittentur. cuius calamitatis

auertendae causa Musei Rhenani patroni liberalissimi editoris ALG consilium probauerunt, qui poeseos lyricae Graecae incrementa grauiora in posterum suo tempore in hisce annalibus digerenda suscipiet.

Poetarum agmen ducunt Sappho et Alcaeus, cuius utriusque fragmentis suo loco nunc inseras Sapph. fr. 25 A et 64 A, Alc. fr. 24 A—D, 28 A B inter στασιώτικὰ μέλη.

PAP. 2166 inter collectanea uaria nobis donauit sub *c d l* duo Sapphus carmina, nunc demum ex PAP. 1231 et 1787 effossa, libri primi alterum plane fere deletum, alterum libri quarti ita mutilatum, ut L. intactum relinqueret. cui fragmento laciniam perexiguam adhaerere ausus sum, PAP. 1787 fr. 30, quod mirum in modum cohaerere uidetur cum ultima PAP. 2166 *d l*, 8 uoce χαλέπαι.[.

PAP. 2165 alterum exemplum est, ut supra diximus, PAP. Oxyrh. 1234 (uol. X a. 1914) et 1360 (uol. XI a. 1915) = fr. 41 ss 25 ss D.², nouis laciniis nuperrime auctarum, PAP. 2166 *c l*—29 p. 39 ss, e quibus fragmenta *c 6 p. 41 s* in PAP. 2165 integra fere leguntur. praebet pagina duas columnas 39 uersuum¹⁾ στασιωτικῶν ποιημάτων libri cuiusdam, in quibus poeta seditiosus fata sua cecinit. quae carmina Carolo Gallavotti (Gall.² 165) litterarum ordine disposita uidentur fuisse, quoniam sic incipiunt singula: Ἀχνάσδημι, Ἄγνοις, Γὰς, quibuscum nunc consonaret exordium primi [Ἄνδρες?]. sequitur, ut fr. 41 ss D.² et 25 ss D.² ad posteriores libri partes reicienda essent praeter fr. 46 A Ἀσυννέτημι, quod praemittendum esset nouis carminibus et seiungendum a fr. 46 B pap. 1234. nam de Ἄσ. utpote initio carminis celeberrimi 'allegorici' dubitare non ausim, quamquam Lobel ad fr. 51. 87 L. aliter iudicauit. sed ne sic quidem litterarum ordo currere poterat, si fr. 44 Φίλος μὲν ἦσθα in parte priore pap. 1234 utpote initium carminis Alcaici suum obtinebat locum. neque tamen nego, adhuc sub iudice rem esse.

E quattuor carminibus nouis PAP. 2165 duo integra fere sunt 1 et 3 (=24 A et 24C), cum fr. 2 et 4 (=24B et 24D) stropharum quattuor et duarum (+x) uersuum exordia tantum seruata sint et exitus, litterae paucissimae. sed omnes reli-

¹⁾ nisi in infima col. I spatio satis magno uacante antiquarius unum uersum consulto siue archetypo laeso omisit et in col. II inter u. 32 et 34 duo uersus inserendi sunt (post [...] μὲν 24 C, 24). u. tamen ad 24 C, 1.

quiae maximi momenti sunt prae ceteris Alcaei fragmentis, non solum propter carminum 24 A et 24 C amplitudinem et res tractatas, uerum etiam propter dialecti et uocabulorum singularitates, quibus in explicandis me adiuit *Fr. Specht*, conlega olim Halensis, nunc Vratislouiensis.

Ac primum quidem de carminum argumentis disserendum est.

Sappho in altero carmine 25 A, cuius nunc restant solum duarum stropharum 'Sapphicarum' uersus cadentes, Gyrinno amicam adloquitur, cuius utpote ἀπάλας mentionem fecit in l. IV fr. 63, postquam l. II fr. 48 eandem fortasse appellauit salutatione facta χαῖρε, πολλά μοι. fr. 64 A poetria Cythereae deae supplicauit precibus carminis primi primi libri simillimis. nullus dubito, quin ab hoc carmine initium ceperit PAF. 1787 quoque, i. Sapphus liber quartus.

Incipit Alcaei carmen 24 A, nisi totus liber (quem decuit), ab inuocatione deorum. poeta uersatur siue uersantem se fingit in deorum templo, quo fugitiuos adueuit seu tempestate delatus est (cf. 24 A, l s τὸδε . . . τέμενος et 24 C. 12 [πεφυγῶν? ἔλθων?] ἔς . . . τέμενος θεῶν). in u. 1]. ράξα amicum, qui uide an idem sit atque Ἀγησιλαΐδας (i. Agesilai filius) fr. 24 C, 4, adlocutus templum aramque celebrat, quae in honorem patriorum deorum trinitatis (Iouis, Iunonis, Bacchi) ciues Lesbii in insulae litore potius, quam in monte consecranda curaauerunt. deinde deos precatur poeta, ut uolentes propitii deuotiones suas audiant et se suosque saluos seruassint e duris fugae malis et laboribus utique ulciscantur et puniant homines periuros illos, Hyrrhae filium (i. Pittacum) in primis, qui Alcaeam amicosque turpissime deseruerat et prodiderat, cum Myrsili tyrannidem delere uellent. ne iuramenti formulam quidem omisit, qua olim Alcaeus, Pittacus sociique se aut uicturos esse aut morituros publice iurauerant.

In *carmine tertio* (24 C) Alcaeus ad Agesilai cuiusdam filium (u. 4), eundem fortasse amicum atque in fr. 24 A, de fuga sua, quae ultra sit (cf. fr. 37 cum schol. et infra p. 5), nondum perspicuum est, haec fere rettulit: Postquam a bello gerendo et a seditione in principes frustra concitanda destitit, in extremos insulae (?) fines confugit, ubi sic ut Onomacles famosus quidam a lupis morsus solitariam uitam uixit. porro terram se attigisse profitetur, quod nisi mari uecto contingere non poterat, et appulsus est ad litus Lesbium, unde

in templum trium illorum deorum uenit uel fugit. in hoc loco sancto uitam agit rusticam modestissimamque desiderio captus uitae urbanae et fori, quibus olim usi erant patres inter ciues maleuolos, cum ipse utroque careret. sed nunc quidem deorum in tutela est et procul malis delectatur pompis et certaminibus uirginum Lesbiarum annuis, dum gaudio exsultant et iubilant mulieres.

In *carminibus minoribus* (24 B et 24 D) amicis se orbatum esse questus et de fuga erroribusque terrestribus (?) locutus est poeta. de uariis Alcaei in fuga fati et Cleanactidarum (cf. Sapph. fr. 98 A et ALG Suppl. p. 39) subtilius quam uerius disputauit G. *Pugliese-Carratelli* Stud. It. di Fil. class. a. 18 (1942), 166 ss.

28A carmen PAP. 2166 c 2 uidetur esse argumenti uarii sane et multiplicis. poeta locutus est de pabulo uel pascuo saepto et lana, de calceis induendis, de uentorum patre et Scytharum ueste pellicea, de patrimonio deperdito, de Tartaro et μύδρωι, massa illa ferrea in mare demersa (quam ne quis tollat?), de Myrsilo sociisque et de crine. quid haec omnia sibi uelint? poetam proficiscentem uidemus in primum exilium (τὴν πρώτην φυγὴν) Myrsilo adhuc uiuo, omni apparatu longe lateque descripto, poetam execrantem audimus ciuitatem suam Phocaeorum ritu eosque deuouentem, qui redire conentur ἀδυνάτωι de crine quodam adhibito.

Vt de Alcaei in re publica fortuna aduersa, ita nostra de Alcaei et Sapphus poesi cognitio hisce carminibus amplificata et aucta est: Alc. fr. 24 A et 78 propter similitudines eodem fere tempore condita esse conicere licet. in hoc fr. 78, 3 et in Sapph. fr. 28, 9, quae hiant in papyris lacunae, nunc rectius ex 24 A, 8 et 6 suppleri possunt. Meinekii emendatio Alc. fr. 2, 1 κορύφαισ' ἐν αὐταῖς (pro -σιν αὐταῖς) in uersu cadente fr. 24 C, 15 συνόδοισί μ' αὐταῖς fulciri uidetur. ibidem u. 19 s ἄχω θεσπεσία et ὀλολύγας ad Sapphus Hectoris et Andromachae nuptiarum (fr. 55) uersus b 7 et 11 reuocandas esse censeo, cum de Lesbiorum deorum trinitate, et a poetria in Iunonis hymno (fr. 28) et ab Alcaeo inuocata, exemplar dubium sit. Sapphus carminis infra editi argumentum simillimum esse primae odae Sapphicae celeberrimae cognoui. eidem fortasse carmini debemus nomen illius regionis, amoenae sane et diuitis, quacum praeter totam Lydiam Sappho in carmine conclamato fr. 152 se non mutaturam profitetur Κλέιν ἀγαπάταν, filiam suam, ἐράνναν dixit <Κύπρον>.

deorum Graecorum consilium. neque solum deorum epitheta partim noua, inaudita, fere obscura admiramur, uerum etiam Ζεύς, Ἥρα, Διόνυσος una culti, quod ex Sapphus hymno iam diuinauimus, hic pro conlegio nouo sumendi sunt (cf. H. Usener *Dreiheit* p. 13 ss). quin etiam arae templice, quae facienda curauerunt et dedicauerunt homines Lesbii, legem sacram commemorauisse uidetur poeta, longe de uetustissimum eius rei exemplum. Lesbiarum uirginum de pulchritudine certamina (καλλιστεῖα) mulieribus conclamantibus iam septimo a. Chr. saeculo proposita esse, nunc constat.

De Onomacle, siue homo fuit siue heros quidam Lesbius ignotus, siue flagitiosus quidam et diffamatus (quem Graeci φαρμακόν appellant), a lupo morso in mentem uenit Philoctetae uipera laesi et in Lemni insulae litus expositi. utut res se habet, non iam tangere licet et mutare cum *Ed. Schwartz* et *R. Reitzenstein* (*Gesch. d. Etymol.* p. 328) Onomacelis nomen in Sophoclis (?) illo fr. 1125, quod Lobelio monente ex *Etym. M.* p. 207, 16 elicuit Pearson: Βουθοίη (βούθοια cod. Flor. ap. Miller p. 68) πόλις τῆς Ἰλλυρίδος· Σοφοκλῆς Ὀνομακλεί (ονό κλεί cod. M, σοφοκλῆς οἶον ὄνομακλεί cod. Flor.) Βουθοίη Δρίλωνος ἐπὶ προχοῆσιν ἐνάσθη, quo in uersu audiendo nemo non meminit Philitae Coi fr. 18 simillimi. ab hac uasta Illyriae, i. Albaniae nostrae aetatis, solitudine huius quoque Onomacelis fata separari non possunt.

Denique in nouis fragmentis non desunt, quae ad historiam pertinent. Si Alcaeus re uera in fr. 28 A ad Phocaeensium emigrantium ius iurandum, quod Herodotus, Horatius al. memoriae prodiderunt, adlusit, historicorum est rerum et temporum difficultates amouere. una tantum littera in fr. 41, 3 adiecta (λάβολον pro]άβολον) patet, septimo iam et ineunte sexto a. Chr. n. saeculo illud in tyrannos supplicii genus i. λιθοβολίαν Mytilenis uiguisse, quod Histiaei temporibus de Coe tyranno et usurpatore sumpserunt Mytilenaei e testimonio Herodoti 5, 38.

B. De carminum nouorum textu, recensione, interpretatione

25^A = PAP. 2166 a fr. 1 p. 38 (ad PAP. 1231).

exstant duarum stropharum Sapphicarum lacinae hae (uers. exitus):

1]οισα[, 2 Γ]ύριννοι (cf. fr. 63. 48, 3 et uocat. Ψάπφοι, Σάπφοι S. 144 Alc. 63), 3]αύταν, 5]σ' εἴοισα, 6 θέ]λοισα.

64^A. 1-8 = PAP. Oxyrh. 2166 d, 1 p. 44 (ad PAP. 1787 fr. 65

86LP Ass).

8-11 = PAP. Oxyrh. 1787 fr. 30 (litterae L L unci inclusae).

[_ _ _ _] . ἄ κάλαν [_ _ _ _]

[_ _ _ _] ἄπ ὄχων [v] ἄ [_ _ _ _]

[_ _ _ _] γ, [Κυ]θέρη', ξ[λθ'] ομ [_ _ _ _]

[_ _ _ _] ἴλλα]ρον ἔχοισα θυμο[v]

5 [_ _ _ _] κλ]ῦθι μ' ἄρας, αἶ π[οτα] κἀτέρωτα]

[_ _ _ _] ἐράνν]ας προλίποισα Κ[ύπρω]

64^A argumentum carminis, quod primum fort. obtinebat locum in I. IV, cognoui (u. ad u. 3ss) ex. gr. suppleui 2 Hom. hymn. Cer. 19 ἐπιχρυσέοισιν ὄχοισιν (de Plutone) 3 γ . . . θερης (non θερησ) pap., quas litteras cum explicauissem, in mentem uenit uocat. Κυθέρη' in carmine Adonidis fr. 107 4 cf. infra Alc. 24A, 9s et Hom. hymn. Cer. 204 (de Cerere) ἴλαον σχεῖν θυμόν. adde p. 25 ad Alc. 119ss, 18ss ἴλλ., quod Alcaeo infra demendum erit, hic dandum pectrae 5 κλ]ῦθι ego: α]ῦθι L. cum in Hom. b 767 θεὰ δέ οἱ ἔκλυεν ἀρης incidissem, simul cum sententiae syntaxi argumentum carminis in aperto erat, quo cognito cetera ultro fere se offerbant. addas O 378 ἀράων ἀίων (de Ioue), Ψ 199 ἀράων ἀίουσα (Ἴρις) 5s π[οτα] L. nota S. 1, 5ss ἐλθ', αἶ ποτα κἀτέρωτα τὰς ἑμας αὔδως αἰοῖσα . . . ἔκλυες . . . λίποισα 6 Κ[ύπρω] certum (primum κάποις tentauī θερησ litteris u. 3 nondum explicatis), ἐράνν]ας ueri simillimum est conlatis Alc. 35 Κύπρον ἱμερτάν λιποῖσα (cf. Sapph. 7) et ἐράνναν de regione amoenitate et diuitiis insigni dicto in Sapph. fr. 152, 3, ubi uide an nunc pergendum sit ἐράνναν <Κύπρον>. addas η 18 πόλιν . . . ἐραννήν, I 531. 577 Καλυδώνος ἐραννῆς Theoc. 28, 21 Μίλλατον ἐράνναν Mosch. 3, 89 Λέσβος ἐραννά. sed erunt, qui ἱμεροέσσας praetulerint adscitis πόλιν ἱμεροέσσαν sim. ap. Hom. hymn. Ap. 180 (de Mileto), Tyrt. 3^a, 4 (de Salamine) et Alcm. 35 ἱμερτάν (sim. B 751 Sol. 2, 1). prius legitur adi. in Sapph. fragmentis I, 5, 28, 10 (de Baccho) quid autem Cytherea reliquerit, eliciueris ex Hom. hymn. Ven. 6, 2 (Ἀφροδίτη) πάσης Κύπρου κρήδεμνα λέλογγεν (cf. Π 100 v 388 hymn. Cer. 151 Hes. acut. 105 Bacchyl. fr. 20 B, 11): κράδεμνά τ', nisi syllaba breuis obstaret ante κρ-; nihilo minus S. 27, 19 ὄπλοισι audimus et 116 μαλῶδρόπηες de Cytherea nascenda a Cytheris insula in Cyprum delata attulisse satis habeo Hes. theog. 192s 198s Hom. hymn. Ven. 10, 1

[υ_υ_υ_υ_υ_οι]ς πὲδ ἔμαν [ᾶ]δ[ηαν]
 [υ_υ_υ_υ_υ_] . ν χαλέπαι [μ]ερίμνα[ι]
 [.....] [γην]
 10 [.....] .. [κοι]
 [.....] [αι]

24^A [ἄνδρες ποτ', ᾧ](·)'ράξα, τόδε Λέσβιοι, α'
 [ᾶ]δ[ηαν πὰρ] εὐδελὸν τέμενος μέγα
 , ἔξονον κά[τε]ισσα, ἐν δὲ βώμοις
 ἰθάγενάτων μακάρων ἔθηκαν.]

64^A 7 sub]σ optatiui formam latere puto πὲδᾶ = κατὰ, ut S. 84, 5 πὲδᾶ θυμον sub finem[.]δ[rap. suppleui conlatis Thuc. 6, 60 Xenoph. mem. 2, 1, 5 Plut. Sol. 22, 1 al. 8 meo Marte suppleueram [έ]ν χαλέπαι [μερίμναι] e fr. 1, 25s et ex Herodoti dictione ἐν φροντίδι εἶναι, cum legi PAP. 1787 fr. 30, quod accuratissime adglutiuari posse uidetur huic uersui, cuius in fine unam litteram post χαλέπαι legere non potuit L., quam fuisse puto illud μ, quod periit ante]ερίμνα[fr. 30, 1. tamen reticere mihi non licet, Lobelium nihil mouisse de papyro post u. 8 laesa seu abscissa

24^A 1-32 = PAP. 2165 col. 1 fr. 1, 1-32 (p. 31 ss tab. VI L.) 1-15 = PAP. 2166 c, 6 (p. 41 s L.) prostant eae litterae, quae [] uncis inclusae sunt et pertinent ad Alcaei PAP. Oxyrh. 1360 (p. 60 ss Gr.-Hu.) (cf. ALG I 4² D. p. 96 ss fr. 25 ss Ἄλκαίου μέλη ed. E. Lobel p. 22 ss 29 fr. 37 ss); qua e pa-

24^A (strophæ Alcaica) 1 [. 9 .] . ρεῦ pap. de ἔ constare puto, cuius forma Hipponactis quoque papyro probaretur, si hamulus supereminens, qui ad διελέξατο u. 21 exspectatur, non interisset. ᾶ in uoce cadente accentu graui ornatum habet, quo offendamur. desunt quattuor syllabae (υ_υ_υ_υ): [. . . Ἄ]ράξα L. Gall.² ad fluiui cuiusdam Lesbii nomen rettulerunt, qui sit cognominis Araxis, fluminis celeberrimi, conlato Steph. Byz. s. Ἀράξης ποταμός Ἄρ. ενίας καὶ Θετταλίας: uetare mihi uidentur et res et ars metrica (molossus debuit esse): uocat. nominis hominis ignoti potius audio, cui antecessit ᾧ et substantiuom, quod postulatur adi. Λέσβιοι (cf. Sapph. 115). ceterum u. supra p. 4 2 in. suppleui (cf. ad 24 C, 10. 13): [ᾶ]δ[ηαν πὰρ] Gall.², Pylaei, montis Lesbii, memor (cf. Strab. 13, 3, 3 p. 621) εὐδελὸν pap.: neque λ neque ο certissimum. εὐδελὸν (nouom) est forma primaria adi. illius εὐδείλος ap. Hom. et Pind. (de Ithaca et insulis in primis et Olympia). cf. H. Diels Rh. M. 56 (1901), 32 s in τέμενος σ corr. in ν, qua littera linea transversa deleta σ alterum additum est 2 s in Gargaro Idae montis Θ 48 τέμενος βωμός τε (Διός) (Θ 363 Veneris, Paphi in oppido) 3 ἔξονον pap.: 'debuit ἔξονον' Sp. nota Ditt. Syll.³ 1044, 29 (Halicarnassi, saec. IV/III a. Chr.) τὸ δὲ τέμενος εἶναι [κοι]νόν dixit Pind. Pyth. 5, 40 ss (ἀνδριάντα) καθέσαν(το) 4 μαιωρων nunc, ut uidetur,

5 κἀπωννύμασσα·ν Ἀντίων, Δία, β'
 ἰσὲ δ' Ἀἰολίαν [κ]υδαλίμα·ν θῆο·νι
 πῖ·άντων Γενέθλαν, τὸν δὲ ἰτέρτο·νι
 τὸνδε Κεμήλιον ῥῖ·νι·ύμα·σσαν

Ζόνυσσον ὠμήσταν. ἄ[γ·ι]τ', εὔνοο·νι γ'
 10 θῦμον σκέθον[τε]·ς ἀμμετ[έρ]α[ς] ἄρας

pyro iam editae erant huius carminis u. 8—6 litterae primae, u. 6, 7 litterae extremae sub fr. 10 Gr.-Hu. (= fr. 39 a L.) et fr. 24 Gr.-Hu. (hic litterae ν et τερ), quibus laciniis septem nouas nunc addidit L. 7 CHOEROB. de orthogr. 27, 25 οἱ Αἰολεῖς . . . τέρτος ET. MAGN. 665. 40 τρίτος τέρτος (τέρτατος G) (Αἰολικῶς) cf. Hesych. τέρτα· ἢ τρίτη

pap. uide an olim fuerit μακαρων inferiore hasta obliqua in κ nondum deleta in mg. Ζ(ηνόδοτος?) ἔθηλᾶ(ν) (uix ἔθηκᾶ(ν)) (Gall.²). cf. infra 28 A schol. 13 5 κἀπωννυμασσαν (ν altero sscr.) pap. consonantem liquidam -v- iteratam loco simplicis -v- hic et u. 9 et 24 C, 12 dederunt iam papyri et libri Alc. 28, 2. 45, 8. 46 A, 1 Sapph. 80, 5, modo metro probante siue urgente, modo praeter necessitatem κἀπων. (et ὠνύμασσαν 8) = 'inuocauerunt', ut ὀνομαίνω ap. Hom. Ξ 278 s ὠμνε δ', ὡς ἐκέλευε, θεοῦς δ' ὀνόμηεν ἅπαντας τοὺς ὑποταρταρίους, οἱ Τιτῆνες καλέονται 5 s eandem deorum Lesbiorum trinitatem appellari Sapph. 28 uidit iam Gall., cuius carminis u. 9 egregie nunc suppleuit Δ[ι] Ἀντ[ί]ων (loco ἀντ[ί]οιμοι) κάεσσαν. in uersu sequenti Θυῶνας ἰμε[ρ]όεντα παῖδα) pueri uenustatem et gratiam non celebrasse poetriam conieceris, sed dei deorantis auuditatis mentionem fecisse, quem Alcaeus appellat Ζόνυσσον ὠμήσταν ad Δία Ἀντ[ί]ων cf. Schol. Pap. 2166 c, 6 [ἀντ]ίον. ἰκέσιον et Hesych. ἀντ[ί]α . . . ἰκέσιος et Schol. Hom. T X 113 (Maass) ἀντίος· τινὲς ἰκέτης· ὄθεν Ἀντ[ί]ος ἰκέσιος Ζεὺς παρὰ Ἰπποβότῳ 6 in κυδαλ, ι inter λ et μ insertum, ut u. 7 α in γενέθλαν ἔθον femin. Aeolis quoque dixisse nunc constat Γενέθλα est 'origo' 'Ursprung', παντογένεθλε inuocantur in hymnis Orphicis 16, 4 et 15, 7 Iuno et Iuppiter 7 s nota Schol. Pap. 2166 c 6 ἀν(τι τοῦ) τρίτον et ΚΕΜΗΛΙΟΝ (ne quis legat κε μήλιον?) 8 κέμηλιον pap. κέμηλιον pro κειμ- dictum esse censet Sp. ad θεμέλιον conl. Hesych. θέμηλα (-ἴλα· θεμέλιοι et θεμέλια· θέσεις. ῥίζαι quo Κειμήλιος epitheton, ut de Baccho, ita de quolibet deo adhuc inauditum, spectet, non liquet. nam de Dionysi mysteriis illa aetate nondum cogitare ausim; cf. tamen Archilochi poetae Ἰοβάκχους κειμήλιος gen. masc. de parentibus dixit Plat. leg. 11, 913^a πατήρ οὖν ὅτωι καὶ μήτηρ . . . ἐν οἴκῳ κείνται κειμήλιοι (cf. 11, 913^a) 9 ad Ζόνυσσον scripturam cf. RE V 1010 s Collitz SGDI 291 ὠμηστῆς appellatur Bacchus Plut. Them. 13, 3 Aristid. 9, 2 Pelop. 21, 3 Anton. 24, 5, ὠμάδιος Orph. hymn. 30, 5. 52, 7 Eueip. Caryst. FHG IV 408, ταυροφάγος Soph. fr. 607. ad rem cf. in primis Walter F. Otto Dionysos 102. 105 s 155 ss ἄγι (ἀγίτ') Alc. 70, 25. 73, 4. 10 Sapph. 54, 6 9 s uide an 78; 3 supplendum sit [εὔνω] θύ[μ]ω pro ἰλλάω 10 θῦμόν ἔχειν dixit Hom. adde Sapph. 64 A, 4 supra p. 8 σκεθ- e σχεθ- corr. et ἄρας pap.

ἀκούσατ', ἐκ δὲ τῶ[ινδε μόχθ]ων
ἀργαλέας τε φύγας ῥ[ύεσθε].

τὸν Ὕρραον δὲ πα[ίδ]α [ιπεδελοθ]έτω δ'
κῆγων Ἐ[ρίν]νου], ὥς ποίτ' ἀπώμνυμ[εν]ι
15 τόμοντες ἀμφ[αδον -]ν[η]νι
μηδάμα μῆδ' ἓνα τῶν ἐταίρων,
ἀλλ' ἢ θάνοντες γὰν ἐπιέμμενοι ε'
κείσεσθ' ὑπ ἀνδρῶν, οἳ τὸτ' ἐπικ[. . .]ην,
ἢ ῥπειτα κακκτάνοντες αὔτοις
20 δᾶ[μ]ον ὑπέξ ἀχέων λύεσθαι.

21 ΔΙΟΓ. ΛΑΕΡΤ. 1, 81 τοῦτον (τὸν Πιττακὸν) Ἀλκαῖος σαρὰ-
ποδα μὲν καὶ σάραπον ἀποκαλεῖ διὰ τὸ πλατύπουν εἶναι καὶ ἐπισύρειν τῷ
πόδε . . . φύσκωνα δὲ καὶ γάστρωνα, ὅτι παχὺς ἦν [fr. 194 L. 37 B.]
cf. SVID. s. σαρᾶπους.

11 s 'dura fugae mala' sunt argumentum carminis 24 C 12 ἀργαλ. et
ῥ. una leguntur 78, 11. 7 quoque ρ sscr. σ[L., qui σ[άωτε] expleuit, sed
littera rotunda sscr. non est. magis arridet λ admodum paruoni, quod se-
cundum u. 20 λ(ύεσθε) interpretandum est 13 ὕρ pap. Ὕρραον est
Ὕρραον = Ὕρρα παῖδα i. Πιττακόν. cf. Suid. s. Ὕρρα παῖς· Πιττακός· καὶ
Ὕρράδιος, ὄνομα (u. Alc. fr. 35, 24 et 40, 1 adn.) 13 ss persecuntur, ulci-
scuntur, deuouent socii, qui olim se morituros esse iurauerant aut uic-
turos, Pittacum illum periurum sicut Ἐρινύες ap. Hom. Υ 259 s ('Ἐρινύες
αἱ θ' ὑπὸ γαῖαν ἀνθρώπους τίνονται, ὅ τις κ' ἐπίορκον δυόσση sim. Hes.
op. 803 s) adde Aesch. Sept. 70 Ἄρα τ' Ἐρινύς πατρός ἡ μεγασθενής (quae
inuocantur ab Eteocle) et Herod. 3, 126 Ὀροίτεια Πολυκράτεος τίσιες μετ-
ῆλθον 14 s ἀπώμνυμ[εν] τόμοντες idem atque Homeri ὄρκια (πιστὰ)
ταμόντες 15 ἀμφ[]ν' ν pap. : ἀμφ[εν(α)] i. αὔχένα L. ex Theocr. 30,
28 (cf. Hesych. s. u.): ἀμφ[ι] βῶμον ὄκ]ν[η]ν Gall.: obstant ἀμφ pap.
(quae debuit ἀμφι) et uerbi significatio: ego praefero ἀμφ[αδον] (-φαδα)
+ uerbum prodendi, deserendi, maledicendi (uelut προδώσην). ἀμφαδον
dictum de iure iurando publico 16 μηδάμα pap., ut solet et debuit
cf. 42, 5 οὐδάμα . . . οὐ[δ'] ἐν] 17 ss idem fere iurauerunt Lacedaemonii
cum Messeniis belligerantes secundum Suid s. Τυρταῖος (1206) 17 cf.
Leonid. Tar. A. P. 7, 480 γῆν ἐπιεννόμεθα et Aesch. epigr. 2, 4 D. Sapph.
61, 2 17 s Homerus dixit et πίπτειν ὑπὸ τινος (P 428) et θνήσκειν ὑπὸ
τινος (A 242) 18 οἱ, τὸτ' pap. ἐπικρ' . . ἦν legit L., ego accentum
non uidi, debuit ἐπικ[ρέτ]ην de augmentis neglectis a poetis Lesbiis egit
L. Sapph. praef. p. XLss ad uerbum cf. Alc. 33, 1 ἐπικρέτει Sapph. 31, 5
κρέτησαι. eadem 3. pers. plur. impf. terminatio occurrit Sapph. 25^b, 13 ὄμ-
νην (antecedunt ἐλέλυσον et ἴαχον). item flectitur uocali non interiecta
24 C, 18 πῶλεν[τ(αι)], ubi conferam ex fr. 24, 1 ποτέονται (u. ad l.)
19 αὐτοῖς L.: grauem non uidi 20 δᾶ[μ]ον ὑπέξ ἀχέων pap.
λ sscr. .ρ. (= ῥ(ύεσθαι)) pap. sim. Alc. 78, 7 λύεσθε sscr. ῥ(ύεσθε) cf.
ad u. 12, ubi pap. exhibet ῥ(ύεσθε) sscr. λ ῥ(ύεσθαι) euocandum

κῆνων ὁ φύσ<κ>ων οὐ διελέξατο ὄ
 πρὸς θῦμον, ἀλλὰ βραϊδίως πόσιν ὄ
 [ἔ]<μ>βαις ἔπ ὄρκίοισι δάπτει ὄ
 τάν πόλιν, ἄμμι δ' ἔγ[ι]σπ' [έν]ίπαις.

25 οὐ κὰν νόμον [τ]ὸν π[ά]τριον _ _ _
 γλαύκας ἀ[_ _ _ _ _]
 γεγράμ[μεν _ _ _ _ _]
 Μύρσιλ[ο _ _ _ _ _]

perit str. η' (u. 29 - 32)

fort. est ex μ 107 ῥύσαιτό σ' ὑπέκ κακοῦ λύεσθαι est inf. fut., quoniam
 κείσεσθαι inf. respondet, et uterque inf. pendet ex uerbo iurandi. de
 hoc futuro q. d. attico uerborum in -ύω egit G. Meyer Gr. Gr. 607s
 21 κῆνων, ο, pap. φύσγων pap. contra testimonia et Plut. Coriol. 11, 2
 et Diod. 33, 22 (de Ptolemaeo Euergete II Physcone). adde φύσκος, Φύ-
 σκος, φύσκη appell. et nom. prop. 21 s διελέξατο est 'deliberauit' 'cogi-
 tauit' sicut Λ 407 al. τί ἦ μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός; cf. Theocr.
 30, 11 22 ἀλλα, βραϊδίωσ pap. uetustissimam βραϊδίως aduerbii
 formam retinuit in eodem, quod modo attuli, carmine Theocr. 30, 27
 22 s (Φίττακος ἑταῖρος) ποσίν [ἔ]μβαις (Ἰνβαισ pap.) ἔπ ὄρκίοισι idem fecit,
 quod Archilochi olim amicus incerti nominis ap. Archil. 79, 13 ss λάε δ'
 ἔφ' ὄρκίοις ἔβη τὸ πρὶν ἑταῖρος ἔων. hac similitudine poetae Parii sucto-
 ritas epodi Argenteratensis contra Hipponactem confirmatur. nam et hic
 et aliis locis, ubi agit poeta Lesbius de scuto deperdito, de uino curas
 pellente, de naufragio proprio et Phalantis herois fati, de Tantali lapide
 ciuitati imminente al., exemplaria quin fuerint Archilochi carmina, nul-
 lus dubito ποσίν ἐμβαίνειν sensu proprio dixerunt Soph. fr. 611 Eur.
 Heracl. 168 23 s de eodem Pittaco dixit Alc. 43, 7 δαπτέτω πόλιν,
 ὡς καὶ πεδὰ Μύρσιλῳ, qui idem appellatur infra u. 28 24 δέδ[.]σπ[.]
 ἰπῆισ L. ad pap., nisi initio fuit δέπ[.] siue δέν[.] suppleui ad uocabu-
 lorum lusum conifero fr. 46 A, 2 κόμα κυλίνδεται et ad uerbum B 80 δ 642
 ἐνισπεν aor. et ἐνισπε imperat. 25 ου, κἀννόμον (v alt. sscr.) pap.
 κὰν νόμον iam legimus fr. 85, 1 πᾶτριον ex. gr. dedit Gall.² 26 luserit
 quispiam γλαύκας Ἀ[θανάδας], sed recte monuit Gall.² p. 173, epigramma-
 tistam A. P. 9, 189 laudare τέμενος γλαυκώπιδος ἀγλαόν Ἥρης 27 γε-
 γράπ[τ] L.: obstat accentus. γεγράμ[μεν] tentauit. γράφειν 'scribere' mire
 dictum est illa aetate. nunc antiquissimum habemus exemplum 'legis tem-
 pli' scriptae siue incisae? Aesch. Suppl. 708s τρίτον τὸδ' ἐν θεσμίσις Δίκας
 γέγραπται μεγιστοῦ του βασιλίου καθ' ἑαυτὸν ἀδελφίωσ ἀδύναστος ἀδελφίωσ
 nere functa sit Αἰολίωσ Ἥρα.



24^B

Ἀχχιάσδημι κάκως· οὔτε γὰρ οἱ φίλοι,
 οὐ [_ _ _ _ _]ι νι
 οὐδ' αὐτος δα [_ _ _ _ _]ιωνι
 κοίλαν τε [_ _ _ _ _ κ]ορδίανι
 5 [·]αι [·] ειν[_ _ _ _ _]ων
 [_ _ _ _ _]
 θυγα[τρ] [_ _ _ _ _]
 <unius uersus spatium consilioe uacat?>
 [··]ν [_ _ _ _ _]
 10 [··]νυ[_ _ _ _ _]εν ἀμπέλοις
 [_ _ _ _ _]αππέναις
 οὐ π[_ _ _ _ _]οφρόνην
 ἀν[_ _ _ _ _]ελε[·] πάρο
 περρ[_ _ _ _ _]εν κ[ε]ῦθυ κατασάτω
 15 αὐτο[ς] [_ _ _ _ _]ε καππέτων
 ἐχέπ[_ _ _ _ _]ᾶ τεῖχος βασιλήιον

24^B 1—16 = PAP. 2165 col. I, 33—39 col. II, 1—8 1 cf. fr. 131 D.²
 cum testim. et adn. 2—4 PAP. 1360 fr. 13 u. 2—4]ν,]ων,]ίαν cf. fr.
 50 D.² adn. fr. 37 L.

24^B systema fort. uersuum Asclepiadeorum q. d. minorum 2 ss (inter
 2 et 3) SCHOL. PAP. 1360 fr. 13 ἀν(τι τοῦ) ἱεροσού[λ(ων)] 2 οὐ[non ui-
 dit L. 4 κοί[λ]αν, an κοί[λ]αν? cf. fr. 54, 5]ορδίαν pap. ad κορδ.
 cf. Hesych. κόρζ[ι]α· καρδία. Πάφιοι u. G. Meyer Gr. Gr. p. 66 10 ἀμπε-
 λοισ· (μ sscr.) pap. 11]αππέναις pap. ad ἀππέναις (i. ἀποπέναις) siue
 κ]αππέναις (i. καταπέναις, ut u. 15 καππέτων) euocauit Sp. Hesych. πένόν·
 μεμελανωμένον, de qua uoce ipse egit KZ 55 (1928), 20 adde fr. 24 D, 5
]πένων 12 siue οὐ τρ[ο] pap. 13 ad πάρο iam attulit Gall. Anecd.
 Ox. ed. Cramer I, 160, 26 ἔξο' ῥῆμα παρὰ Δωριεσθιν ἀντι τοῦ ἔξιστιν' et
 I, 176, 12 ἔν' παρὰ τὴν Αἰολίδα καὶ Δωρίδα διάλεκτον ἔνο' γίνεται, ὁπό-
 ταν καὶ ἀντι ῥήματος (u. F. Solmsen Rh. M. 62 [1907], 320 s ad PAP. Hibeh
 I, 1, 5 = Collect. Alex. ed. Powell p. 219) 14 πέρρ[ο] pap. fr. 74, 2 Περ-
 ράμω de νκ· ὕθυ ualde dubito κατασάτω (ω ex ο corr.?) est aor.
 uerbi cuiusdam κατ- ἄζειν siue κατ- ἄζειν. cf. καθαρίζειν et καταξηραίνειν
 ἄσδει (=ξηραίνει) dixit Alc. 94, 6 15 de metro u. p. 6 ad καππέτων
 cf. ἔπετον fr. 68 16 Schol. τὸ τῆς Ἥρας num supplendum est [μέ]γα?

24^C Ἄγνοις[··]ς βίοτοις[··]ις ὁ τάλαις ἔγω α'
 ζῶω μοῖραν ἔχων ἀ(γ)ροῖ(κ)ωτικάν
 ἡμέρων ἀγόρας ἄκουσαι
 καρ[υζο]μένας, ὦ' γεσιλάϊδα,

5 καὶ β[όλ]λας, τὰ πάτηρ καὶ πάτερος πάτηρ- β'
 κασρ[··]ηρας ἔχοντες πεδὰ τῶνδεων

24^C PAP. 2165 col. 2, 9—32 uiginti quattuor hos uersus carmen esse sui iuris recte docuit Gallavotti. de metro cf. p. 6 6 ANECD. Oxon. ed. Cram. 1, 253, 20' (= fr. 126 B.⁴) ζητοῦμεν οὖν καὶ τὸ τοῖσδεσσι πῶς εἰρήται· καὶ ἀμεινον λέγειν ἐπέκτασιν· τοῦτο μιμούμενος Ἄλκαϊός φησι· τῶνδεων, ὅπερ τινὲς ἀγνοῖαι τὰκριβοὺς ἀνέγνωσαν 'τῶνδεῶν', ἢ ἢ 'τῶνδεῶν' [δεινά B.: δεινά L. Dindl.]. οὐκ εἰσιν οὖν μέρη λόγου, ἀλλὰ λέξεως, ὡς τὸ 'κάδδε'

24^C 1 αγνοῖς (siue αγνοῖς i del., ubi litterae α, non αγ, sscr. sunt λι siue λσ) [··]ισβιοτοις [··]ισ (siue [··]αισ? κισ? εισ?) pap.: ἀγνόεις (ἀγνοίεις) βίοτοις [σο]ις exploruerunt Gall. Sp. contra pap., quoniam tres quattuorue litterae ε seu σ secuntur. litterarum uestigiis et metro sufficere puto necnon sententiae Ἄγνοις [εἰ]ς βίοτοις [βα]ις conl. Theocr. 29, 37 s νὺν μὲν κῆπι τὰ χρύσεια μᾶλ' ἔνεκεν σέθεν βαίην. alia participia uelut [μα]ίς, [φα]ίς, [θε]ίς hic nibili sunt. uictum quaerit Alcaeus ἀγνόν: sic appellat eas fruges, quae crescunt in deorum templo, Alcaei refugio (u. 13 s). quid litterae λι uel λσ sibi uelint, nescio, Lobeli et Gallavottii interpretationem λι(νοῖς), quod foret uaria lectio pro ἀγνοῖς, nequaquam placere censeo. quin etiam litteras illas obscuras ad poetae uerba spectare mihi non constat: coronide omissa ab ἀγνοῖς incipere debet carmen nouom, et hasta parua obliqua, quae cernitur in margine sinistro, fortasse hoc spectat. in eo, quod praecedit carmine, unus desideratur uersus, quod Graeci dixerunt λείπει στίχος. papyrologorum est — sit uenia uerbo — diiudicare, utrum compendio scripta haec dictio λσ sub fine carminis ferri possit necne 2 ζῶω scriptura probatur Sapph. fr. 98, 3 ἀκροῖκωτικάν pap.: em. L. quamquam nouom est adiectiuom ipsum, bis iam subst. legitimus ἀγροῖωτις et ἀγροῖωτιν Sapph. 61 μοῖρα ἀγρ. est Ἄκτηλος, cuius primum mentio fit Π 68 s χώρης ὀλίγην ἔτι μοῖραν ἔχοντες Ἀργεῖοι (ἐπι ῥήγ-μῖνι θαλάσσης) 3 ss de senatu et comitiis Mytilenaeorum egit R. Herbst RE XVI 1420 s 4 κάρ[·] uel κάρβ[·] legit L., quamquam de ρ non dubito — β littera maior est —, κ incertissimum est, quoniam hastae obliquae fere perierunt. sed φάρ[··]μένας nihil est καρ[υζο]μένας (= κηρυσσομ-), quod suppl. L. spatio urgente, recte se habet conlatis Alc. 52, 1 ἔπταζον (= ἔπτησον) et Sapph. 14, 3 ἐπιπλάζοντ' (= ἐπιπλήσο-), 23, 1 δόαζε ~ δοάσατο de re u. B 51 κηρύσσειν ἀγορήνδε . . . Ἄχαιούς (β 7) ὦ' γεσι-λαῖδα pap.: -λαῖδα in uocatio haud iniuria expectat Gall.² quis fuerit Agesilai ille filius, non liquet, nisi idem atque Ἰράδα ille fr. 24 A, 1 5 πατ. πατ. primum ≡ 118 πατρός ἐμεῖο πατήρ (τ 180) 6 in. κασ (ε και corr.?) pap., non κακ. sequitur ρ, ut uidetur (eiusdem formae apertae atque in ἀνδρῶν col. 1, 18 et in Schol. 25^B, 16 in ηρασ), deinde post lacu-

τῶ[ν ἀ]λλαλοκάκων πολ[ε]ί[τ]αν·
 ἔγ[ω δ' ἀ]πὺ τούτων ἀπελήλαμαι

φε[ύγ]ων ἔσχατ[ί]αις· ὡς δ' Ὀνυμακλήης γ'
 10 ὄ[χ]θα[ν] οἶος εἰοίκησα λυκαιμίαις

